Fragmentarium

Reuersusque est angelus domini secundo · et tetigit eum dixitque
illi; Surge comede · grandis enim tibi restat uia; Cumque
surrexisset · comedit et bibit; Et ambulauit in fortitudi
ne cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noc
tibus · usque ad montem dei oreb ·

In diebus illis · Lectio libri hesdrae

Orauit hesdras dicens · Queso domine fortis · magne atque ter
ribilis · qui custodis pactum atque misericordiam his
qui te diligunt et custodiunt mandata tua · fiat au
ris tua auscultans · et oculi tui aperti ad orationem serui
tui · quia ego oro coram te · nocte ac die · pro seruis tuis · et
confiteor pro peccatis eorum · qui peccauerunt tibi; Me
mento uerbi tui quod mandasti moysi famulo tuo di
cens; Si reuersi fueritis ad me ut custodiatis mandata
mea et faciatis ea · etiam si adducti fueritis ad extrema
cęli inde congregabo uos · et inducam uos in locum quem
elegi ut habitaret nomen meum ibi in sempiternum; Et
ipsi serui tui et populus tuus quos redemisti in fortitu
dine tua magna et in manu tua ualida; Et nunc domine ·
sit auris tua intendens ad orationem famuli tui · et seruo
rum tuorum · qui uolunt timere nomen tuum · et di
rige eos hodie · et da misericordiam pro tuo · domine deus noster;

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 31r – Epistolarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-74xs/3341/35576)